



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 90. Montluci Valentini Episcopi oratio in hoc conventu habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

quingages mille homines huic libello
 mox subscripturos inquiebat præter alios
 plusquam centies mille, qui in aliis lo-
 cis, si cœtum agere permitterentur,
 nomina sua apponere non dubitarent.
 Postea Colinius declamabat contra va-
 lida satellitum agmina, quibus Rex sti-
 patus erat; nihil enim magis pernicio-
 sum inquiebat, quam quod Princeps a
 suis sibi metuat, cum tamen potius hi
 illum timere deberent: insuper male
 consultum videri dicebat, quod adole-
 scens Rex, qui aliunde ab omnibus a-
 matur, & per universum Regnum suum
 timetur, in eo metu inter excubias, &
 formidolosas stipatorum cohortes edu-
 cetur.

§. XC.

*Montluci Valentini Episcopi oratio in
 hoc conventu habita.*

Postmodum Rex dilaudata Colinii Præ-
 fecti pietate, ejusque in Regnum
 meritis, ceteris, ut circa ea, quæ hu-
 cusque proposita fuerunt, sententiam
 suam edicerent, injunxit: quapropter
 Joannes Montlucus Valentix, & Au-
 gustadiæ Episcopus his verbis exorsus
 est: „Omnium Ordinum summa est con-
 „fusio, ac perturbatio: inde exorti mo-
 „tus, qui non nisi pace mentibus reddita
 „componi possunt: malorum quidem
 „institiis

Sæc. XVI.
 A. C. 1560.

Thuan. l. 25.

Sæcul. XVI
A.C. 1560

„in iis rara Catharinæ Reginæ Matris,
 „ac Guisianorum Principum prudentia,
 „ac diligentia obviam itum est, seditio-
 „fis utili exemplo castigatis: sed rema-
 „net caussa, quæ, quo altiores in ani-
 „mis hominum radices egit, eo diffi-
 „cilius evelli potest; nam Religio moti-
 „bus, ac tumultibus obtenditur, qua
 „vel falsa, vel depravata nullus poten-
 „tior ad animos convellendos affectus
 „est: eo vero malum latius serpit, &
 „quotidie irritatur magis, quo major
 „negligentia ab iis, qui ad id teneban-
 „tur, in eo curando adhibita est. Po-
 „stea in Pontifices calumniis debaccha-
 „tus hæc subjunxit, Pontifices in eo
 „duntaxat videntur omnem curam po-
 „fuisse, ut inter Principes bellum ex
 „bello fererent, atque ex occasione par-
 „tes foverent: Principes autem Religio-
 „ne moti, varias pœnas, ac supplicia
 „ad coercendum malum statuerunt, sed
 „infelici, ut apparet, successu; nam
 „juris administri nullum in iis modum
 „tenuerunt, dum alii severitate in sæ-
 „vitiam degenerante abutuntur, alii a-
 „varitia corrupti in eo negotio calum-
 „niose innocentes oppugnant, nec ex-
 „tra culpam sunt Episcopi, qui abjecta
 „gregis cura in id tantum jam a multis
 „annis incumbunt, ut reditus amplifi-
 „cent, luxuriose, ac licentiose vivant,
 „adeo

„adeo ut aliquando , quod relatu pu- Sæc. XVI.
 „dendum, & horrendum, Lutetiæ qua- A C 1560.
 „draginta visi sint in otio, ac delitiis
 „putrescentes: insuper cura hæc infan-
 „tibus, atque indigenis quotidie commit-
 „titur, atque ita Ecclesiarum oculi,
 „hoc est, Episcopi excæcati, & Domi-
 „nicæ domus columnæ in terra sensim
 „afflictæ, ac profligatæ jacent: Paro-
 „chi itidem ab illis ordinati Præfulum
 „exemplo avare, imperite, negligen-
 „ter in suo munere versantur: quæ cum
 „ita sint, minime mirandum, si plebs,
 „ac pleraque nobilitas male in Religio-
 „ne a teneris imbuta, ad pravas opi-
 „niones, & inde ad turbas inclinæ:
 „unde præcipuum mali remedium a Deo
 „petendum, & convocandi ex universo
 „Regno pii viri, qui de Ecclesiastico-
 „rum vitiis, & eorum extirpandorum
 „ratione consulant: Regi imprimis,
 „qui suis exemplo esse debet, provi-
 „dendum est, ut non sacrosanctum Dei
 „nomen polluatur, ac sacræ scripturæ
 „pure, ac citra fucum, & vanitatem
 „explanentur: hinc in regiis ædibus
 „quotidie conciones, si fieri possit,
 „habeantur. His verbis aliquamdiu hic
 „Episcopus declamabat: tandem sum-
 „pta occasione, ac converso ad Cathari-
 „nam, & Reginam Nukum sermone eas
 „obsecrat, ut profanis, & impudicis can-
 „tioni-

Sæc. XVI.
A.C. 1560.

tionibus, quibus totius Aulæ conclavia ubique perstrepunt, faceffere jussis, psalmos vernaculos, & hymnos sacros omni loco, & tempore concinant, cum id Deo gratum sit, cui nullus cœtus acceptus esse potest, in quo non ipse laudatur, ac celebratur: porro hic Episcopus multa in eam rem attulit argumenta, quibus demonstrabat, quod talia, quæ veræ pietati dissentirent, dicerent illi, qui Davidicarum cantionum vernacula lingua usum foeminis interdicit: quarum si versio, quæ circumfertur, minime probaretur, errores notandos, non autem totum opus rejiciendum inquebat. Hisce verbis satis aperte ostendit, quod Maroti Psalmos intrudere voluerit.

„His postea Montluccus addidit: præ
„ceteris omnibus efficacissimum reme-
„dium est Concilium Generale ad dissen-
„siones hujusmodi componendas a Pa-
„tribus semper usurpatum, neque vi-
„deo, quomodo Pontificis conscientia
„vel ad horæ momentum quiescere pos-
„sit, qui tot animas quotidie perire cer-
„nit, quas ab ipso proculdubio Deus
„tandem reposciturus est: quod si Con-
„cilium Generale obtineri non possit,
„tum Rex, quod sui officii est, faciat,
„& Caroli Magni, & Ludovicipii exem-
„plo concilium nationale cogat, cui &
inter-

„interesse jubebit eos, qui inter Secta-^{Sæcul. XVI.}
 „rios tanquam Doctores habentur, ut ^{A.C. 1560.}
 „cum illis de controversis Religionis
 „articulis disceptatio instituat: nam
 „sic a Theodosio in Constantinopolitana
 „Synodo factitatum est contra Arria-
 „nos, & Macedonianos, quamvis eorum
 „error jam a Nicæno Concilio, & aliis
 „legitime damnatus esset. Ceterum
 „utrinque graviter peccatur, atque a
 „Sectariis quidem primum, qui Reli-
 „gionis prætextu armis sumptis publi-
 „cam tranquillitatem turbant, contra
 „S. Apostoli Pauli mandatum, qui pro
 „Regibus orare, iisque etiam difficili-
 „bus, & importunis obsequi præcipit,
 „unde factum, ut decem illis adeo ce-
 „lebratis Ecclesiæ persecutionibus, qui-
 „bus tot fidelium animæ consumptæ
 „sunt, ne unus quidem repertus sit,
 „qui causam suam quamvis justam ar-
 „mis defendendam existimaverit: sed
 „potius patientia, & constantia carnifi-
 „cum ictus sustinuerint, ac postremo
 „vicerint: itaque cœtus seditiosorum sem-
 „per vetiti, Rexque edictis suis hæc in
 „parte satis, superque providit: ve-
 „rum non minus peccatur ab iis, qui
 „in illos, qui solo pietatis studio ducun-
 „tur, proque ea fortiter ad mortem per-
 „gunt, & jacturam suorum, ac fortu-
 „narum contemnunt, plus æquo læ-
 „viunt,

Sæcul. XVI. „viunt, nam irritantur plerumque spe-
 A.C. 1560. „stantium animi, & in confesso est, id
 „in multorum animis excitasse studium
 „cognoscendi de ea doctrina, quam in
 „mediis flammis homines minime mali
 „tam constanter profiterentur, eamque
 „postremo ipsi susceperunt. Longe alia
 „antiquorum Patrum ratio fuit; nam
 „nec trecenti, & octodecim in Nicæna
 „Synodo prima, sexcenti triginta in
 „Chalcedonenfi, centum quinquaginta
 „in Constantinopolitana Episcopi aliis
 „armis, quam Dei verbo uli sunt con-
 „tra Arianos, Macedonianos, & Ne-
 „storianos; nec Constantinus, Valen-
 „tinianus, Theodosius, & Marcianus pii
 „maxime Principes, quidquam gravius
 „in Sectarios, quam exilium statuerunt
 „Itaque a suppliciis, ac pœnis tempe-
 „randum videtur, si vero necessitas fe-
 „rat, ut Magistratu opus sit, id saltem
 „observandum in sumendis suppliciis, ut
 „loci, temporis, personarum, volunta-
 „tum, & qua de causa coetus coactus
 „sit, ratio habeatur.,

§. XCI.

*Hic Episcopus de Reformatorum secta,
 studioque suspectus.*

Addit. ann. **H**ac oratione Episcopus Valentinus,
Mem. de quod Reformatorum hæresi propen-
Brantome sus esset, haud temerariam suspicandi
elog. du ansam